



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

99. An confugiens ad Ecclesias gestando secum sclopetones, seu archibusetos, gaudeat Immunitate? Et quid dicendum, si alicubi consuetudo esset in contrarium? Et an furantes in Ecclesia res alienas, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

RESOL. XCVII.

An qui proditorie vulneravit, si mors sequuta non fuerit, gaudeat Immunitate?

Et an Mercatores decolli, gaudeant Immunitate Ecclesiarum?

Et an Apostata à Religione, gaudeant Immunitate Ecclesiarum? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 83.

Sup. hoc ne praetermitt. et legere fm. doctri. nam Ref. 83. 89. & 90.

§. 1. Negatiuum sententiam docet nouissimè Ludouicus Correa in relect. de Immunitate Eccles. par. 3. quæst. 6. num. 19. & Ioan. Dominicus Tassonus in pragmat. de antisato. vers. 13. obseru. 3. num. 35. qui citat Fontanellam de pact. nupt. tom. 1. clausul. 4. gloss. 14. num. 117. asserentem dictum reum non gaudere immunitate, & in Bulla tale delictum comprehendendi.

2. Sed affirmatiuum sententiam prorsus tenendam esse puto, quau tuctur Peregrinus de immunit. Eccles. cap. 7. num. 13. Farinacius in append. de immunit. Eccles. cap. 9. num. 146. retractans se in quæst. 28. n. 45. Tufchus verb. Ecclesia, conclus. 11. num. 7. Italia de immunitate Eccles. lib. 1. cap. 5. §. 4. à num. 22. Villagut. tract. de extens. leg. tit. de immunitate Ecclesie num. 54. & 58. Antonius Nouarius in summa Bullarum tit. de immunit. Eccles. nu. 75. & alij: quia constitutio Gregor. XIV. loquitur expressè de occidente proditorie, ergo requirit actum consummatum cum effectu subsequuto, ex l. 1. §. hæc verba, ff. quod quisque iuris. & hanc opinionem non solum in terminis Bullæ Gregorianæ, sed etiam de iure communi veram esse puto, & ita docet Suarez de Religione tom. 1. libr. 3. cap. 11. num. 14. Decianus tom. 2. lib. 6. cap. 28. num. 17. & consil. 80. lib. 3. Germonius de sacra immunit. lib. 3. cap. 16. num. 60. Boërius decis. 109. & alij. Vnde non est audiendus Couarruias lib. 2. variar. cap. 20. nu. 7. Gutierrez pract. quæst. lib. 3. quæst. 7. n. 55. & alij relati à Tufcho loc. cit. n. 8.

Quæ hic est sup. Ref. 60. & in alijs eius primæ not.

Quæ hic est sup. Ref. 19. & in alio §. eius not.

3. Notandum est etiam hinc obiter mercatores decollos gaudere immunitate Ecclesiarum, vt ego ostendi cum multis DD. in 1. part. tract. 1. resolut. 32. quibus nunc addo Corream vbi supra quæst. 12. n. 12. & hanc sententiam etiam docet, me citato, Dominicus Tassonus 2. vbi supra à num. 33.

4. Notandum est etiam contra Megalium in 3. p. lib. 4. cap. 2. n. 6. Apostatas à Religione gaudere immunitate Ecclesiarum, eo modo, quo firmavi in dist. tract. 1. Ref. 23.

RESOL. XCVIII.

An qui ex propasito, & sub spe amicitia proditorie aliam alicui viro Nobili inferret, vel cum sustibus eum percuteret, gaudeat Immunitate Ecclesiarum?

Et ex doctrina huius quæstionis cursum inferuntur alij casus, qui latius. & specialiter in hoc nouo ordine supra sunt in suis proprijs Resoluitionibus discussi, ideo tantum queritur, an simoniaci, absque tamen errore in intellectu, si isti essent Hæretici, gaudeant Immunitate? Ex part. 1. tract. 1. Ref. 31.

§. 1. Hoc dubium à nemine tactum notat Bobadilla in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 44. & putat in tali casu percutientem non gaudere Ecclesiarum immunitate. [Los palos, (hæc sunt eius verba,) y el beñton, se reputa en derecho por grauissima injuria, por la qual se podria dezir, que el tal alenoso no gozasse de la immunidad ecclesiastica, y assi se determinò en el Consejo supremo, el año de setenta

y seys.] Et post Bobadilla hanc sententiam docet etiam Villadiego in Polit. cap. 3. num. 211. & Ioan. de Heuia in Curia Philipp. p. 3. §. 12. n. 37.

2. Sed hæc opinio post Bullam Greg. XIV. non est tenenda: quia Summus Pontifex, vt supra dictum est, in ista Constitutione excipit aliquos casus ab immunitate ecclesiastica: sed exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptis, ex l. Tribunus, §. vlt. ff. de militari testam. vt notat Suar. de legib. lib. 8. cap. 19. num. 6. in fin. ergo, cum excipitur tantum in Bulla homicidium proditorium, non est extendenda hæc exceptio ad alapas, & fustes proditorie alicui inflictos. Confirmatur: quia Summus Pontifex, vt excludat omnes alios casus, in dicta Constitutione apposuit dictionem taxatiuam, tantum ibi: Ita ad vnã tantum formam reducimus, quæ dicit de sui natura impedit extensionem ad non expressa, ex l. propterandum, §. 1. C. de iud. vt notat Dec. lib. 1. conf. 54. n. 1. & alij: ergo, &c. Ex hac doctrina valde notanda, vt contra Gambac. q. 1. notauimus, pendet decisio multorum casuum. Et idèo raptores virginu gaudent immunitate hac: ita Fagundez de Præcept. Eccles. tract. 2. lib. 4. num. 47. Item, simoniaci, abique tamen errore in intellectu: nam ita essent Hæretici, & per consequens exceptuati per Bullam. Item, blasphemus, si blasphemias hæreticales non proferant: ita Ambrosius de immunit. cap. 8. num. 12. Item, adulteri, contra Ancharanum in cap. inter alia de immunit. Eccles. Ita Suarez de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 8. num. 11. Item, homicida, qui ex proposito, & deliberatè, & data opera aliquem occidit: ita Peregrin. c. 7. n. 16. Item, capitaliter banniti: ita idem Peregrin. cap. 5. num. 11. Item, confores monetarum: ita Marius Italia de immunit. lib. 1. cap. 5. §. 1. n. 15. Hi omnes, sicut etiam multi alij, gaudent immunitate Ecclesiarum: quia supradicta crimina non sunt in Constitutione Gregor. excepta; & dicta Bulla, quæ, vt diximus, reducit omnia ad vnicam formam cum particula taxatiua, non est extendenda ad alios casus similes.

Sup. in Ref. quæ hic est supra 3.

Sup. his seq. casibus cum eisdem DD. magis late in suis proprijs & specialibus Resol. sup. adductis.

Sup. hoc homicida ex proposito supra in Ref. 79. addito num. 11. Item, confores monetarum: ita Marius Italia de immunit. lib. 1. cap. 5. §. 1. n. 15. Hi omnes, sicut etiam multi alij, gaudent immunitate Ecclesiarum: quia supradicta crimina non sunt in Constitutione Gregor. excepta; & dicta Bulla, quæ, vt diximus, reducit omnia ad vnicam formam cum particula taxatiua, non est extendenda ad alios casus similes.

RESOL. XCIX.

An confugiens ad Ecclesiam, gestando secum sclopetones, seu archibuletos, gaudeat Immunitate?

Et quid dicendum, si alicubi consuetudo esset in contrarium?

Et an furantes in Ecclesia res alienas; imò furantes etiam res sacras, etiam in templo, gaudeant dicta Immunitate?

Et quid, si rem furto sublatam postea intra Ecclesiam contrectauerint?

Et an satellites possunt auferre arma prohibita ab illo, qui in Ecclesia fugiit, & se abscondit? Ex part. 1. tract. 1. Ref. 17.

§. 1. Non gaudere putauit Villadiego in Polit. c. 2. num. 244. Farin. tit. de carcer. q. 28. num. 66. & ante illum Rebuff. in constit. Gall. tom. 2. tit. de immunit. Eccles. gloss. 1. num. 28. & alij: quia delatio supradictorum armorum meretur capitalem penam, & vt delictum graue, non gaudet Ecclesiarum immunitate.

2. Sed contrarium docet Peregr. de immunit. c. 12. n. 11. nam, licet talis delinquat in Ecclesia, gestando arma illa prohibita; tamen, vt supra diximus, gaudebit immunitate: quia solum delicta homicidij, & mutilationis membrorum excluduntur ab immunitate in Constitutione Gregor. XIV. non autem alia grauius delicta, etiam in Ecclesia perpetrata. Putat tamen Gambac. lib. 4. cap. 17. num. 13. in fin. quod si alicubi

Sup. hoc in Ref. leg.

cubi consuetudo esset in contrarium, talis criminolus, non gauderet. Sed nos hanc limitationem non admittimus; nam, vt *suprà* contra ipsum probauimus, Constitutio Gregor. tollit omnem consuetudinem, & reducit omnia ad vnicam formam, cum particula taxatiua: & ita in simili casu cuiusdam asserit consuetudinis, Peregrin. respondet *vbi suprà*, n. 8. Et *suprà* dictis infertur, furates in Ecclesia res alienas, quos hodie vocamus, *Tagliabursi*, imò furantes res sacras, etiam in templo; gaudere dicta immunitate: quidquid in contrarium dicat Decian. *tom. 2. lib. 6. cap. 26. num. 7.* Bobadill *in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 48.* & alij penes Farinac. *tract. de immunit. c. 16. num. 215.* quos ipse meritiò in *num. 217.* reprobat, & refellit: & hac etiam immunitate gauderet fur, si confugiens ad Ecclesiam, rem furto sublatam, postea intra Ecclesiam contrectauerit, eaque vsus fuerit, vt notat Farin. *num. 218.* & Peregrin. *num. 10.* Et ratio potissima est, quam sæpius adduximus; nempe, tale delictum non esse per præsentem, Constitutionem exceptum. Notandum est etiam contra Ioan. de Hevia in *Curia Philip. p. 3. §. 12. num. 26.* & alios, arma prohibita non posse facultates auferre ab illo, qui in Ecclesia confugit, & se abscondit.

RESOL. C.

An qui confugit ad Ecclesiam armatus, gaudeat eius Immunitate?

Et an possit reus in Ecclesia spoliari armis prohibitis, vel bonis furatis per ministrum, vel Iudicem laicum? Ex part. 6. tract. 1. Resol. 8.

§. 1. Negatiuè respondet Sarpus *c. 5. fol. 43.* vbi ita asserit. Hinc illud consequitur, vt eadem Ecclesiarum immunitas nullo modo protegat eum, qui verita legibus arma in Ecclesiam detulerit, eam namque deferre peccatum est: quique ea in Ecclesiam deferit, in Ecclesia peccat; quò fit vt in ea à Licetibus vinciri possit, & in quolibet etiam alio facto loco. Sic ille.

2. Sed contrariam sententiam prorsus tenendam esse putonam licet armorum vsus etiam de iure cõmuni prohibitus sit tam Laicis, quàm Clericis; ac tam intra, quàm extra Ecclesiam *ex leg. 1. Cod. vt armorum vsus infcio Principe interdicitur sit, lib. 11. & ex c. Clerici arma, de vit. & honest. Cler. & docet Corneus conf. 20. lib. 3.* & alij. Tamen delatio armorum inspecto iure communi est leue delictum, vt notat Bartolus in *leg. leuia. ff. de accusation. num. 8.* Decianus *lib. 8. cap. 4. num. 21.* & alij, quos citat Farinacius *quest. 28. post. nu. 66.* Sed satis *suprà* firmatum est delinquentes in Ecclesia illius immunitatem consequi maximè si delictum leue fuerit, quod in Ecclesia commiserunt: & tradunt Hostiensis & Panormitanus in *cap. fin. idem Abbas in cap. inter alia.* Henricus Boychus in *cap. Ecclesia de immunit. Eccles. & alij* quos citat Farinacius *quest. 28. num. 63.* Adde quòd licet rei confugientes ad Ecclesiam armati ipsam offendant, non tamen ob quamlibet offensionem in Ecclesia factam, priuatur quis immunitate: sed solum propter occisionem & mutilationem. Ergo deferentes arma in Ecclesia eius immunitate gaudebunt.

3. Neque admitto id, quod ex Farinacius videtur de iure communi admittere Castrus Palauus *to. 2. tract. 1. di. sp. vnic. punct. 9. num. 10.* Sed malè: priuationem immunitatis Ecclesiarum quoad armatos confugientes ad Ecclesiam sumèdam esse ex capitali pœna, quæ infertur ferentibus *suprà* dicta arma prohibita, nam clarum est Principes Laicos nullam habe-

re potestatem expressè statuendi, quàmnam crimina in Ecclesiis commissa, grauià iudicentur, vt delinquentes in Ecclesia illius immunitate priuetur, cum huiusmodi declaratio ad summum Pontificem pertineat, vel ex natura & substantia illius delicti, aut ex iure communi desumenda sit. Quo pro certo supposito, vt negari non potest sine temeritate, sequitur clarè contra Palaum & alios ex grauitate pœnae deferentibus arma prohibita lege Principis irrogatæ, non esse arguendam grauitatem delicti ad effectum, vt committens delictum illud atportandi arma prohibita in Ecclesia, inde eius immunitate non gaudeat; vt inuitus, vt docet Sarpus, auelli possit: ne quod vna via prohibetur alia permittatur, contra vulgarem regulam tradit Bonifacius in *cap. cum quid vna via, de regul. in 6. & gloss. in cap. vna, de procurat. Et-go, &c.* Et idè nostram sententiam, nempe reos cum armis prohibitis confugientes ad Ecclesiam gaudere immunitate, tradit Peregrinus *de immunitate, c. 12. num. 11.* Ambrosinus *cap. 5. num. 3.* Guazinus *tom. 1. defensi. cap. 29. num. 7.* Sperellus *decisione 59. num. 11.* Chartarius *decis. crimin. 74. num. 8. & decis. 46.*

num. 15. & seq. & alij penes ipsos. Vnde sic confugiens ad Ecclesiam non potest à Ministris armis prohibitis spoliari: quicquid asserat Sanchez in *opuscul. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 14.* & Villalobos in *summa tom. 2. tract. 34. diff. 5. n. 11.* vbi sic ait. [Tan poco vale a el que tiene armas prohibidas en la Yglesia quanto a las armas que se las pueden quitar, porque teniendo armas prohibidas, cometese delito en la misma Yglesia.] ita ille. Et ante illum Doctores, quos ego citauì in *part. 1. tract. 1. resol. 8.* Sed ibi & merito contrariam sententiam tenui: & me citato tenent nouissimè Ciartlinius *controuers. forens. cap. 10. num. 16.* & Maranta in *controuers. iur. part. 2. respons. 37. n. 1.* Zambell. in *Reper. Mor. ver. Ecclesia quo ad eius immunitatem, num. 9.* Nouarius in *summa Bullar. titul. de immunitat. num. 6.* cum Castro Palauo *tom. 2. tractat. 11. di. sp. vnic. punct. 9. num. 10.* Et ratio est, quia in *cap. 1. extra de immunit. Eccles. & cap. 2. eod. tit. in 6.* expressè prohibetur iudicibus Laicis aliquam iurisdictionem in Ecclesia exercere: cum Ecclesia sit de territorio Episcopi, & extra territorium ius dicenti etiam à subditis non pareat in *6. ex. c. 2. de constitutione & leg. vltim. cum gloss. ff. de iurisd. omni. iudic.* Et idè nostram sententiam contra Sarpum determinabit sacra Congregatio Episcoporum in vna Salernitana die 30. Septembris 1616. decernens immunitate Ecclesiarum gaudere eos qui cum armis prohibitis in Ecclesiam se recipiunt. Vnde ex his non est audiendus noster P. Naldus in *summa vers. Eccles. num. 1.* asserens posse reum in Ecclesia expoliari armis vetitis, vel bonis furatis per iudicem laicum; quod malè etiam docet, Sanch. in *opuscul. tom. 2. lib. 6. c. 1. dub. 14.*

4. Restat modò respondere ad argumentum Sarpus, videlicet, quòd delatio armorum est à lege prohibita; & qui illa in Ecclesiam detulit, in illam peccat: ergo non debet eius immunitate gaudere. Respondèdo, quòd ratio quare delinquentes in Ecclesia non gaudent eius immunitate, est propter irreuerentiam factam loco sacro: nam decisio textus *cap. fin. de immunit.* non respicit qualitatem delictorum; sed tantum locum sacrum, in quo delicta committuntur: sed propter delationem armorum prohibitorum parua sit irreuerentia loco sacro; ergo licet sit delictum in se illa deferre contra leges prohibentes, non est dicendum ita facientem delinquere in Ecclesiam, itaut perdat eius immunitatem: & dato quòd talis reus delinqueret in Ecclesia, delatio tamen armorum est leue delictum, vt docet Farinacius *q. 28. num. 66.* Et licet ipse asserat, quòd quando delatio armorum meretur

Sup. hoc in Resol. seq.

Quæ, nunc hanc sequetur, & in fine Ref. præcæritæ,

Sup. his bonis furatis in Ref. seq. 9. Vt. in principio, & magis late supra in Ref. 57. §. Sed non indigemus.

Sup. in his primis diff. sic seq. in hoc & supra in Ref. 17. §. 1. & 2. & 3. & 4. & 5. & 6. & 7. & 8. & 9. & 10. & 11. & 12. & 13. & 14. & 15. & 16. & 17. & 18. & 19. & 20. & 21. & 22. & 23. & 24. & 25. & 26. & 27. & 28. & 29. & 30. & 31. & 32. & 33. & 34. & 35. & 36. & 37. & 38. & 39. & 40. & 41. & 42. & 43. & 44. & 45. & 46. & 47. & 48. & 49. & 50. & 51. & 52. & 53. & 54. & 55. & 56. & 57. & 58. & 59. & 60. & 61. & 62. & 63. & 64. & 65. & 66. & 67. & 68. & 69. & 70. & 71. & 72. & 73. & 74. & 75. & 76. & 77. & 78. & 79. & 80. & 81. & 82. & 83. & 84. & 85. & 86. & 87. & 88. & 89. & 90. & 91. & 92. & 93. & 94. & 95. & 96. & 97. & 98. & 99. & 100.

Sup. hoc notando, in Ref. seq. 8. Neque, ad medium, a veri rade, & in Ref. 1. post seq.

Sup. hoc in Ref. præcæritæ.

Sup. in Ref. que hic est et sequenter in 8. Neque obicit, cum misit alij DD.